

Rico di Marsico

XXIV 4

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Rico di Marsico

XXIV 4

1136-08

In nomine domini nostri Iesu Christi. Anno incarnationis eiusdem millesimo centesimo tricesimo sexto, mense augusto, indictione quartadecima.

Ego Rico filius Maginolfo de civitate Marsici clare facio quoniam presentia nobiliorum hominum subscriptorum testium bona mea voluntate optuli at per fustem tradidi in manibus domno Ubo clericus, qui est custos hecclesie Beati Petri apostoli, que sita est in locum ubi Tramutula vocatur recipiente cum eo avvocato suo Rao milite qui dicitur Ienco, scilicet quantum mihi pertinuit de hecclesia predicta cum quantum mihi pertinuit de medietatem de castanietum et quantum mihi pertinuit de terris et de nucibus et de aliis pomis, sicut aqua de Besentino exiit et descendit usque in ballone sicco et vadit recta linea usque in capite monticello de illa parte finibus predictis, omni tempore in sua potestate sint suorumque subcessorum, ad dominandum et ordinandum ad onorem Dei et predictae hecclesie et anime sue salbationem, ut Deus et Dominus noster habeat remedium anime mee meorumque defunctorum parentum, et ad finem obitus sui predicta hecclesia cum predictis rebus mecum et cum aliis meis consortibus ordinet et si non possumus habere hominem qui ibidem fiat in mea potestate et de meis consortibus remaneat predicta hecclesia cum predictis rebus mee quam et de aliis sortibus, et si ego vel de mei heredes monachus esse voluerit, sine premio a nobis dato in fraternitate recipiat, et si predictus domno Ubo dimiserit predicta hecclesia et noluerit esse hibi similiter mihi et ad meos consortes remaneat. Insuper guadium ei dedi recipiente cum eo predicto abbocatore suo, et mediatorem posui Urso filio Freda, ut iam nec ego nec mei heredes non queramus aliquando tempore

ut predictum domno Ubo neque ad suos supcessores, et si hec omnia superius dicta disrumpere aut adimplere noluerimus ut prelegitur vel per causationem cum eis exinde venerimus, aut si defendere noluerimus, obligo me et meos heredes dare ei vel suis successoribus solidos viginti auri et in puplico similiter et perinvitis taceamus de isto cum ipso mediatore qui licentiam tribuit pingerari se et suos heredes per omnia pingera illorum legitima et inlegitima sine calo et appello donec que prelegitur inviti impleamus.

Et hunc brebe offertionis scripsit Raynaldus notarius qui interfuisse se confitetur mense et indictione prelata. #
Ego Guilielmus iudex filius Urso iudicis.